

CAPVT III.

Circa obligationem Vicarij generalis eligendi qualiter Capitulum in conscientia foro teneatur.

**D**ico primò. Attendà Concilij Tridentini dispositione circa electionem Vicarij *ſeſſ. 24. Cap. 16. de Reform.* non videtur obligare, niſi quando Sedes per mortem Episcopi vacat. Probatur ex illius tenore, ibi: *Item, Officialem seu Vicarium, infra octo dies post mortem Episcopi conſtituere, velexistentem confirmare omnino teneantur.* Est ergo dispositio limitata, quæ eo ipſo quod talis limitatum habet effectû, ita est communis ſcribentium Doctrina, pro quo Cardinalis Tuschus *Lit. D. verb. Dispositio Concl. 494* Videtur autem in contrarium stare sacra Cardinalium Congregatio in Declaratione quadam *28. April. 159.* quam & adducit Naldus *verb. Vicarius num. 8.* & sic habet: *Congregatio Concilij censuit Capitulum adhibitum posse amouere Vicarium, alias per ipsum electum & confirmatum: tenetque intra octo dies alium conſtituere: alioquin deuolui ius deputandi Vicarium ad Metropolitanum: acſi Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, ad antiquiorem Episcopum.* Sic Patres illi, iuxta quorum mentem idem videtur neceſſario faciendum quocumque modo Vicarius deſit, vnde & ad casum vacantis Sedis per translationem Episcopi ſimilis conſequentia faciendi ob ſimilem rationem, iuxta notoriam regulam de ſimilibus, pro qua præſertim Innocentius Tertius in *Cap. Inter Corporalia, de Tranſlat. Episc. de quo aliàs à nobis dictum.* Et in terminis casus, de quo loquimur, terminum octo dierum currere Capitulo etiam à die ſcientiæ translationis, quando tamen à Summo Pontifice fuerit Episcopus abſolutus à vinculo prioris Ecclesiæ, deciuſum refert Stephanus Quaranta *verb. Capitulum Sede vacante. §. Duodecimò quæro. V. Terminum.* Et ex eo Dom. Barbosa *Allegat. 54. num. 164.* Et abſolute Diana *Parte 8. Tract. 4. Reſolut. 55. §. Terminus.* Videtur autem circa alia ibidem diſpoſita idem afferendum, ſi talia ſint, vt grauis pro illis, generaliter loquendo, diſpoſitio debeat æſtimari. Vbi ergo Declaratio talis ſub teſtimonio eſt authentico præſentata, omnino ſeruanda eſt, ſi & ipſa ſit vſu recepta: vbi autem ſecus accidit, id dici poteſt, quod de ſimilibus Dom. Solorzanus *Lib. 3. Cap. 13. num. 45.* & in *Politica Lib. 4. Cap. 13. pag. 607. §. Y* atque ſcilicet non videri tanti ponderis vt Concilij diſpoſitionem vincant de electione poſt mortem locuti, eſſi aliud voluiſſet. Negandum tamen non eſt Capitulum non ritè facturum, ſi electionem intra terminum dictum non perficiat, dum nullum occurrit obſtaculum; quia illam periculo annullationis exponit, ſi Metropolitanus eam probare nequeat, aut antiquior Episcopus, ſi Ecclesiæ Metropolitana, aut exemptæ Capitulum ſit, prout à Concilio in eodem Capite diſpoſitum reperitur.

**15** Dico ſecundò. Verba Concilij citata obligationem in conscientia important. *Omnino teneantur.*

Episcopus adiri potest per viam querela: unde arguitur.

Sola præſentatione quomodo stare poſſit vinculum ſpirituale diſſolui.

Licentiam ad eſſe Pontificis in Indijs. Et unde colliguntur.

Generatiõ renuntiationis nomine comprehendenda, que in præſenti certantur.

Aſſertio 1. Formam electionis ex Tridentino ſolum poſt mortem Episcopi videri obligare.

Declaratio Cardinalium in contrarium.

Quid circa illam, & alias conſideres.

ti ad electionem obligari intra diſpoſitionem terminum.

**teneantur.** Et ita intra prædictum terminum debet Vicarius eligi, vt graue peccatum euitetur. Id videtur competum, quia præceptum eſt ma-niſeſtum, & materia, circa quam verſatur, eſt grauiſſima, cuius omiſſio graui animaduersione puni-tur: dum Capitulum eligendi facultate priua-tur, vt cum alijs tenet Diana *ſupra Reſolut. 71.* quamuis non deſint qui dicant non priuari, vt videri poteſt apud P. Palaum *Parte 2. Tract. 12. Diſput. 2. Puncto 29. num. 6.* Præterquam quòd id non videtur poſſe niſi ex damnnabili diſſenſio-ne contingere, ex qua item ſcandala ſolita pul-lulare. Capitulum itaque officio ſuo deſt in re, ex qua adminiſtratio Ecclesiæ maiori ex parte dependet, quòd ſine graui culpa eſſe nequit. Et in Indijs quidem id quàm veriſſimum oſtenditur, quia ſi electio ad alium ex designatis à Concilio deuoluenda ſit, magnæ in eo ſunt faciendæ mor-æ propter diſtantiã, quæ etiam in cauſa eſſe poterit, vt in electione erretur; nimis enim di-ſtantiã diſficilè agnoſci poſſunt: quòd ſicut in ſenſu, ita & in intellectu vſuenerire paſſim de-prehendimus, dum errorem experientia reddi-tum dolore perſpectum. Ad hæc, cum gubernatio apud Capitulum plenè reſideat, dum Vi-carius non eligitur: & vt non eligatur Capitul-arium in cauſa ſit obſtinata contentio, eã quidem perſiſtente, gubernatio eſſe congrua nequit, per-turbatus enim animus, iuxta celebre ſapientis eſſatum, non eſt aptus ad exequendum munus ſuum: & multorum perturbatio nihil dare con-cinnum poterit, ſicut neque cithara, in qua chor-dæ diſcordantur. Pro quo multa apud Scriptores ſacratioris litteraturæ & politioris occurrunt. Ego pro caſu noſtro illud expendo, quòd ex Lateranenſi Concilio habeatur in *Cap. Cum in cunctis*, quòd eſt primum de iis, quæ ſunt à ma-iori parte Capituli: ſic enim ibi *Præualeat ſemper, & ſuum conſequatur effectum, quòd à maiori & ſeniori parte Capituli fuerit conſtitutum.* Supponit ergo Concilium ſanum futurum eſſe Capitulum, quã-do in iis, quæ diſponit, maiorem & ſeniores partem agnoſcit: ſeniores enim dicens, ſanam item partem aliam proſtitetur. Si ergo non ſanum, ſed vulnera diſcordiæ præ ſe ferens illud ſit, non erit ab eo conueniens aliquid expectare, neque ſanitas inde populi deſiderata procedet: cum ſit illud ex D. Leone notiffimum, & in Iurè vul-gatum, quòd *vita Reſtorum eſt ſanitas populorum.*

**16** Dico tertio. Capitulum debet ſub rea-tu culpæ lethalis Vicarium doctum eligere, ſi in-ueniri talis poſſit. De abſolute obligatione con-ſtat: quia Vicarius eſt veluti Episcopus, dum E-piſcopalis vacat Sedes, cum in eo iurisdictiono reſi-deat, & ita iudex in cauſis totius diocesis futu-rus: atqui Episcopum eſſe doctum debere ſacri Canones clamant, pro quo præſertim *Cap. Inter cetera, de Officio iudicis Ordin.* Sed quòd habe-tur in *Cap. Nifi cum pridem, de Renuntiatione*, ma-gnum habet momentum, & pro Vicario apprime facit: ſic enim ibi: *Pro deſectu quoque ſcientiæ ple-rumque poteſt petere ceſſionem: quia cum ipſa circa ſpi-ritualium adminiſtrationem ſit potiffimum neceſſaria, & circa curam temporalium opportuna; Præſul, qui commiſſam ſibi debet Eccleſiam regere in vtrique, ſa-lubriter ei renuntiat, ſi ſcientiam, in qua ipſam regat, ignorat. Tu enim (inquit Dominus. Oſe 4. v. 6.)*

Cap. Cum in cunctis, de iis qua ſunt etc.

Aſſertio 3. Et ad electionem obligandum.

Qualis doctrina ſuppelleæ in Episcopo requiritur, & conſequenter in Vicario.

Cap. Nifi cum pridem, de Renuntiat.

*ſcientiam repuliſti: & ego te repellam, ne Sacerdotio fungaris mihi.* Hæc Innocentius Tertius, in quibus præſertim Aſſertio elucet: Vicario ſiqui-dem ſpiritualium cura, atque etiam temporalium, toto ambito diocesis incumbit, pro quibus ſcien-tia neceſſaria eſt, vnde qui competentem caret, om-nino eſt ad officium ineptus, & proinde etiam grauius peccant talem ad illud eligentes. Quòd adeò videtur perſpicuum, vt absurdum videatur illud in dubium reuocare. Peccaret quidem gra-uitè Capitulum, ſi pro temporali adminiſtratio-ne rei alicuius ad Eccleſiam pertinentis Oecono-mum ineptum adhiberet, ſicut & pro quolibet alio in ipſa miniſterio: ergo multò magis Vica-rium eligens ſcientiã ad rectam functionem ſui muneris deſtitutum: quandoquidem omnium il-lud eſt officiorum maximum, quorum prouiſio ad ipſum poteſt pertinere. Quòd autem eminentia ſcientiæ neceſſaria non ſit, citato in Capite de Renuntiatione eleganter declarat Pontifex, ſic lo-cutus: *quamquam deſideranda ſit eminentis ſcientiæ in Paſtore; in eo tamen ſit competens toleranda: quia ſe-cundum Apoſtolum (1. Cor. 8. v. 1.) ſcientia inſtat; charitas autem adificat: & idè imperfectum ſcientiæ poteſt ſupplere perfectio charitatis.* Sic ille: qui com-petenti cum ſit in Episcopo ſcientiã contentus, quando perfectio charitatis adeſt, imperfectio-nem eius ſuppletura, idem credendus eſt in Vi-cario requirere: de Episcopo enim ad Vicarium bene arguitur in huiusmodi requiſitis. Et ita cum dubium eſſet an quod de Vicario Cathedra-lis Ecclesiæ à Tridentino diſponitur, extendi eti-am ad Collegiatam, deſuncto eius Præſato, debe-ret, Congregatio die 12. Septembris 1585. cenſuit negatiuè: quia ſi non eſt neceſſe, vt hic Prælatus mor-tuus ſit Doctus: ergo neque Vicarius eius. Sic habe-tur in Declarationibus circa citatum Caput.

**17** Dico quarto. Quòd Concilium Tri-dentinum ſtatuit circa Gradum in Iurè Canoni-co, vt ſcilicet Vicarius ſit Doctus, aut Licentia-tus in illo, obligat ceteris paribus in ſcientiã, & obligatio videtur eſſe grauis. Sic colligitur ex multis Doctoribus, quos adducit Dom. Solor-zanus *Cap. 13. citato num. 38.* & præterea ex P. Bauny *Tomo 1. Tract. 11. Quæſt. 21. §. Eligere etiam.* P. Fragoſo *Tomo 2. pag. 684. num. 30.* P. Palaum *Tomo 2. Tract. 13. Diſputat. 2. Puncto 29. num. 4.* P. Azor *Tomo 2. Lib. 3. Cap. 23. in fine,* ubi Concilij declarationem ſimpliter proponit. Vnde mirari iuuat quomodo eum Dom. Solor-zanus *ſupra num. 42.* pro ea ſententia referat, quæ & aliorum eſt, aſſertionem ſonantem à Con-cilio propoſitam, quoad qualitatem dictam pa-rum in Ecclesijs Hispaniæ ſeruari: cum nihil tale apud illum reperitur. Sicut neque apud Say-rum in *Floribus Deciſionum. Lib. 1. Titulo 18. Deci-ſione 2.* Vbi ita ſcribit: *Vicarius generalis à Capitulo Sede vacante conſtituendus, Doctus eſſe debet. vel Li-centiatus in Iurè Canonico, vel aliàs quantum fieri po-terit idoneus. Et cum Vicarius Episcopi idoneus eſſe de-beat ad id, in quo vices eius gerit, & conſtitui ſolet. ſed ad omnia, qua geſturus eſt Episcopus; non ſatisfacit E-piſcopus numerũ ſuo, niſi idoneum conſtituat; ſed pec-cat: conſtitutio tamen talis Vicarij tenet ipſo iurè ſimodò ſi Clericus ſaltem in Minoribus conſtitutus; vnde & ab eo & cum eo facta valida cenſentur. Hæc ille & ex quibus maniſeſtè apparet ipſum quoad Capi-tulum*

Non em-nentem, ſed competentem nece-ſariam.

Declaratio Congreg.

Aſſertio 4. Gradum in Iurè Canonico habetur, & ſecus eligentes grauius peccant.

Sayrus.



tulum Sede vacante ſine limitatione formam à Concilio traditam in Vicarij electione completi, neque de uſu contrario quidquam affirmare; & conſequenter peccare illud, ſi idoneum non eligat, quandoquidem in Epiſcopo ſimile peccatum agnoſcit, in quo minor eſt obligatio quoad prædicta, vt communiter Doctores tradunt. Quòd autem validam electionem dicat, peccatum non tollit, ſed valorem in electione ab Epiſcopo factâ tantùm adſtruit, cùm de electione Capituli nihil tale pronuntiar. Tales autem lapſus in Iurisprutorum allegationibus paſſim deprehendimus, dum glomerare Auctores ſtudent pro Reſolutionum ſuarum auctoritate fundandâ, ſed in eorum lectione minime vigilantes: quod in Textuum citatione fat frequens, vt & alij ante me adnotarunt, & ego experientia veriffimum deprehendi. Sit tamen Dom. Solorzano ſua de inſigni conditione laus à me alibi non ſemel celebrata.

Lapſus Iurisprutorum in citationibus.

Probatio Aſſertionis, & ex Concilio verbis expenſa.

18 Aſſertionis autem probatio ex citatâ Concilij diſpoſitione deſumitur: neque enim quòd ibi ab eo poſitum vix tantùm conſilij habet: alioquin quòd de termino pro electione, octiduo ſcilicet, dicitur, rationem etiam conſilij ſolam haberet; quòd eſt contra omnium mentem, & praxim inuictiſſime obſeruatam: neque obſtat quòd ibidem à Concilio additum: *vel aliaſ quantum fieri poterit idoneus.* Nam ſtante caſu, vt à nobis proponitur, impoſſibile eſt vt ſit aliâſ quantum fieri poterit, magis idoneus: Cùm enim loquamur de omnibus, qui electioni occurrunt, ceteris paribus; ſi is, qui Gradum prædicatum habet, prætermittatur, magis idoneus quantum fieri poteſt, prætermittitur: quia habet quiddam aliâſ, & præterea Gradum à Concilio requiſitum. Itaque ſi magis idoneus reperitur; qui tamen Gradu prædicato careat, ille eligi poterit: ſecus ceteris paribus, vbi humani reſpectus tantùm præualere poſſunt, & ita eorum ratione grauiter in electione delinquit. Quemadmodum graues Auctores tenent ceteris paribus debere eligi ex gremio Capituli, vt videri poteſt apud Dianam ſuprà, Reſolut. 57. qui & Cardinalium Declarationem adducunt: nam eo ipſo quòd de Capitulo ſit aliquis, ſi in aliâſ paritas ſit, nequit eſſe ſimpliçiter talis, quia ratione auctoritatis à gremio proueniens paritas in aliâſ ſuperatur.

Eſſe aliquâ de Capitulo qualitatâ, ea quâ excoſſus habetur.

Aſſertio 5. In Iure civili poſitum ceteris paribus præſertendum.

19 Dico quintò. Si duo inueniantur pares, & Gradu inquam in Canonico iure conſpicui, ſed eorum alter in Ciuili etiam iure laureatus ſit, ille eſt præferendus: Sic colligitur ex P. Fragoſo citat. num. 30. vbi Vicarium etiam in Ciuili iuri non mediocriter verſatum futurum eſſe pronuntiat. Eſt autem pro Aſſertione magnâ in Tridentino Concilio fundamentum citatò, Cap. 16. dum ait: *Qui ſaltem in Iure Canonico ſit Doctòr, &c.* Particula enim ſaltem id ponit, quòd eſt in eo genere minus; vnde quòd eſt plus deſideratur, ſi inueniri poſſit. Cùm ergo Doctòr aut Licentiatus in vtroque iure pluſ ſit, & magis ad rem faciat, ille eſt iuxta Concilij mentem præferendus. Cùmque ſtatim addat magis idoneum, quantum fieri poterit, eligendum; militat argumentum idem, quòd pro Aſſertione præcedenti iam datum. Et cùm peritia Iuris ciuiliſ magni eſſe momenti ad deciſionem cauſarum poſſit; in

poſtponitione talis peccatum erit, quandoquidem Eccleſia a priori adminiſtratoe priuatur, in quo inueniuntur, qui eligunt, infideles. Id quòd etiam probat non eſſe illud leue.

20 Dico ſextò. Si quis Doctòr aut Licentiatus in Iure Canonico, in eo excellat, præferendus eſt laureato in vtroque peritia minoris, etiamſi in Ciuile conſtet eminere. Id ex eo oſtenditur; nam cauſa, quas eſt tractaturus Vicarius, Eccleſiaſtica ſunt, circa quas Canonica ſunt leges conſtitutæ, vnde maior in illiſ peritia Ciuili anteponenda eſt, quæ in ſubſidium tantum adhibetur. Pro quo eſt Cap. *Intelleximus*, quòd eſt primum, *de noui operis nuntiat.* in quo ſic Lucius III. Pontifex: *Quia verò ſicut leges non dedignantur Sacros Canones imitari, ita & ſacrorum inſtituta Canonum Principum Conſtitutionibus adiuantur, &c.*

Aſſertio 6. Peritus in Canonico Laureato in vtroque minoris in illo peritia præhabenda.

Cap. Intelleximus de noui operis nuntiat.

Dico ſeptimò. Si ceteris paribus Doctòr aut Licentiatus in Theologiâ cum Doctore Licentiato in Iure concurrat, nihil Tridentini Decreto derogando, dici poteſt præferendum illum, ſi Gradui doctrinam conſtet reſpondere. Quòd quidem in adductis nuper verbis fundari poteſt: *Qui ſaltem in Iure Canonico ſit Doctòr, &c.* Illud enim ſaltem, vt dicebam, maius aliquid indicat, quòd ſit Concilij menti conformius. Rogo ergo quòdnam illud ſit? Dici poteſt iuxta Aſſertionem quintam, Gradum in Iure vtroque deſignari. Atqui hoc licet veròſimile ſit, & quòd ad Aſſertionem atinet, illa ex eo rectè deducatur, quò modoquæ diſta particula explicetur: videtur autem explicata alia ſaris congrua, ſi dicamus illud ſaltem Gradum in Theologiâ denotare, quia Gradus in Iure inferior eſt, & ita ſi Doctòr Theologus non inueniatur, ſaltem Iuriſtam eſſe quærendum. Et de ſuperioritate Gradus Theologici dubitari nequit: ſic enim Eccleſiæ ſtatuta determinant, iuxta quæ Vniuerſitatum omnium praxis inuicta procedit, vnde & color inſignibus omnium perfectiſſimus, albus ſcilicet, attributus. Deinde Theologia in Sacris Canonibus præſertim commendatur, vt videri poteſt in Cap. *Liter*, de Præbendis. Cap. *Finali*, de Magiſtris. In Concilio Trident. *Seſſione 5. cap. 1. de Reformat.* Vnde neceſſarium fuit per ſpecialem Declarationem Sacræ Congregationis Cardinalium ſtabiliri, priuilegium Magiſtris & Scholaſticis Beneficiariis ad reſidendum obligatis coeſſum, vt poſſint, dum legunt, aut ſtudio Theologiæ dant operam, pro præſentibus haberi, ad Profellores Iuris Canonici, & eidem ſtudentes extendi. Accedit Declaratione alia adducta num. 16. iuxta quam Vicarius ſuccedens Præſato Eccleſiæ Collegiata non tenetur eſſe Doctòr, cuius ratio eſt; quia cùm Præſatus ipſe non tenetur eſſe Doctòr, confequens eſt, vt neque Vicarius teneatur. Tunc ſic Epicoſopus non tenetur eſſe Doctòr aut Licentiatus in Iure Canonico, cùm poſſit eſſe Theologus: ergo neque Vicarius illi ſuccedens. Quæ conſequentia, ſi legitima non eſt, neque illa eſt videtur, quæ Congregationi eſt ratio decidendi. Videatur Thomas Hurtadus *Tract. 1. 2. num. 184.* vbi pro Theologi prælatione decernit.

Aſſertio 7. ceteris paribus Theologum præferendum.

De ſuperioritate Gradus in Theologia.

21 Quibus id videtur obſtare, contrarium ſcilicet intellectum communiter eſſe receptum, vt ſcilicet omnino iuxta mentem Concilij fuerit in Iure Canonico Laureatum debere eſſe Vicarium.

Ex Declaratione Cardinalium effiçax argumentum.

Obiectiones ex contrariio intellectu Concilij.

rium: quòd ita fatentur, quò abſolutè id tenent; & qui cenſent non obligare deciſionem dictam, in eo fundantur, quòd per verba ſubſequentia ſit illi moderatio adhibita, ſive alius, quantum fieri poterit, idoneus: vel quia ita uſu receptum: ac propterea quia pro eo extant Cardinalium Declarationes, ac præſertim vna 28. Auguſti 1621. quam Auctores adducunt, ac præcipue Dom. Barboſa in *Tractatu de Canonico*, cap. 42. numer. 53. Ad quæ reſponderi poteſt, ita quidem eſſe, vt communis intellectus pro contrariâ faciat poſitionem; ſed non ideò reiciendam vt inueroſimilem, quæ Textui conformis oſtenditur, & pro ſe habet præſidia non contemnenda à Iure, & ratione petita. Vbi accommodari non immeritò poteſt, quòd Bonacina habet *Tomo 1. Diſput. 2. de officio diuino*, Quæſt. 5. Puncto 3. ſ. 3. num. 1. Vbi cum dixiſſet Præbendam abſentem ad tuenda iura Capituli lucrari diſtributiones, etiamſi ſtipendium à Capitulo accipiat, ita ſubdit: *Hæc emphatio mihi probatur, licet nullum habeam Auctorem, qui mea ſententiâ ſubſcribat, plures verò contrarios inueniam, &c.* Deinde, quàmplures eſſe, qui teneant Doctorem Theologum eligi poſſe, vt videri poteſt apud Dom. Solorzanum ſuprà, quem item cum Riccio adducit Diana ſuprà, *Reſolut. 56.* vnde quòd ad rem atinet, ſeu effectum ex Concilij interpretatione deductum, non poteſt dici ſententia iſta ſingularis. Quòd verò particula, ſaltem, hoc aut illo modo accipi debeat, quantum ad vim conſequentiæ ex illâ, tanti momenti non habetur, vt ſingularis ſententia ſolidis fundamentis innixa, veniat reſpouenda. Quòd verò Cardinalium Declarationes non vrgeant, iam vidimus num. 14. ex Dom. Solorzano. Cùm autem Doctorem Theologum dicimus, non quemlibet intelligimus, ſed eum, qui in Theologiâ generale poſſit magiſterium exercere, quæ non tantum ſpeculatiuaſ notitias de diuinis, ſed morales etiam & iudiciales multas comprehendit: qui enim tales, facillimo negotio iudices eſſe poſſunt, & cauſas, de quibus agit, intimè penetrare. Quòd verò ad praxim atinet, nihil eſt difficultatis in illâ, vt & illiterati in ipſâ inueniuntur promptiſſimi; cùm aliâſ Aſſeſſor ſit Iuris Canonici conſultus adhibendus. Nullum ergo erit peccatum in tali electione.

Bonacina opportuna ad probationem doctrinæ.

Aſſertio 8. Capitulum Indiarum ſicut alia eligere poſſe.

Doctòr laureatus non multum deſerendû.

Conc. Trident. vt ſi ſummam attentionem locutum.

nico poſſe plures occurrere, ſed non idoneos; tum ob qualitatum aliarum defectum, tum etiam ob doctrinæ in facultate illa tenuitatem, quibus non debet titulus honorificus auxiliari. Id ergo in Indiâ præcipue accurrandum, quòd ex Innocentio III. dedimus numer. 16. vt ſcilicet talis eligatur, in quo imperſectum ſcientiæ poteſt ſupplere perfectio charitatis. Charitas enim maximè neceſſaria, vt Indorum ſaluti conſulant, & cauſa illorum ingrediuntur ad ipſos: ne clamor ille aures diuinæ Juſtitia læſat, de quo *ſa. 1. v. 23.* *Pupillo non indicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad illos.* Debent enim pauperum & deſolatorum cauſa ad iudices ingredi, vt non ſit opus deductore. Nullus præforibus adſtabit inceptor, ſed ſine obice, vti in domum propriam, intrabunt. Vel ſi inceptor aliquis futurus, ſit equidem charitas, quæ iuxta Apoſtolun. 1. *Corinth. 13. v. 4. & 5.* *Patiens eſt, non querit que ſua ſunt, non irritatur.* O digniſimum pro miſellorum Indorum cauſis inanitorum!

Charitas in Vicarijs Indiis maximè neceſſaria.

ſa. 1. v. 23.

1. Cor. 13. v. 4. & 5.

CAPVT IV.

Circa viſitationem Diœceſis quid debeat à Capitulis Indicarum Eccleſiarum, Sede vacante, præſtari.

23 **Q**uæſtio inter Doctores antiqua eſt, an Capitulum, Sede vacante, circa Diœceſis viſitationem poſſit officiij ſui partes applicare, de quâ ſpecialiter P. Azor *Tomo 2. Lib. 3. Cap. 37. Quæſt. 5.* & ſunt qui negant, quia Capitulum non ſuccedit in iuriſdictione voluntaria, ſed neceſſaria: viſitatio autem tantum neceſſaria cenſetur, quando contra aliquem inſiquiritio debet fieri, aut quòd eius fama læſa inueniatur. Communior autem ſententia affirmat, pro quâ citatus Auctor adducit Decretum Concilij Tridentini *Seſſione 2. Cap. 3. de Reformat.* vbi ſic habetur: *Viſitatores etiam à Capitulo deputandi, vbi Capitulum ius viſitandi habet, prius ab Epiſcopo approbentur.* Sic ibi. Quòd tamen ad rem non videtur facere, cùm de Capitulo Sede vacante ſermo non ſit, quòd Epicoſopus generaliter in iuriſdictione ſuccedit, ſed de aliâſ priuilegiato, cui Sede etiam plenâ ius eſt pro viſitatione conſeſſum, vnde & viſitatore ab Epiſcopo approbandum ſtatuitur, ex quo plena comprobatur. Adducit etiam Cap. *Sopite*, de Cenſibus, vbi nihil ad intentum: ſolum enim decernitur vt Archiepiſcopus viſitans Prouinciam Procuracionem habeat à Monafterijs. Addit Cap. *Relatum* 10. quæſt. 1. ſeu potius *Relata*, in quo tantum de negligentia & auaricia Epicoſporum agit, cùm commiſſos ſibi populos Confirmationis, & prædicationis cauſa circumuent. Sed hoc quid ad quaſtionem? Probat tandem ex Cap. *Eccleſiæ*, quòd eſt finale *de ſupplement. negligent. Prælat. in Sexto.* adducto etiam pro eodem à Patre Molina *Tomo 6. Tractat. 5. Diſputat. 11. numer. 7.* vbi Archiepiſcopus dat Viſitatore, ſi Capitulum viſitationis uſum neglexerit. Sed videamus Textum ſic ſe habentem

Capitulum viſitare poſſe diœceſim communior ſententia.

Conc. Trident.

Textus à P. Azor adductus nihil ad intentum facere.